

„ *Presb. Stephanus Foscareno.* = *Et Johannes Pam-*
 „ *pulo.* Congregati & simul existentes in Ca-
 „ pitulum, & in unum cum R^{do} Viro D. Mat-
 „ thæo Venerio nostro, & ipsius Ecclesiæ Primi-
 „ cerio, & ipse nobiscum, simul concordēs, &
 „ universaliter singuli, & singulariter universi vi-
 „ gilantes ad statum & bonum Ecclesiæ S. Marci
 „ prædictæ, pro evitanda discordia in electione
 „ Præsulis sive Primicerii in Ecclesia ipsa futuris
 „ temporibus faciendæ; Decernimus, constituimus
 „ & inretractabiliter, atque jurejurando per nos,
 „ & quemlibet nostrum, & tamquam Capitulum
 „ & Collegium nomine nostro, & successorum no-
 „ strorum præstito, corroboramus & firmamus, Ut
 „ *Electio Primicerii* in futuro tempore fiat, & fie-
 „ ri debeat per Capitulum & Collegium Canoni-
 „ corum, seu Capellanorum, sive Præbendaria rom
 „ ipsius Ecclesiæ, qui residentes fuerint & præsen-
 „ tes. Et *Præsentes* intelligimus tantum qui in
 „ civitate Venetiarum tempore fiendæ electionis in-
 „ venti fuerint personaliter residentes: ac per ipsos
 „ fiat, & fieri debeat ipsa Electio tali modo &
 „ ordine, videlicet:

„ Quod cum electio de Primicerio fuerit facien-
 „ da, major Cononicus una cum Basilicanis qui
 „ sunt duo, aut major pars, infra octo dies a
 „ tempore vacationis, & deinde subsequenter pro-
 „ visum fuerit Ecclesiæ, possint & teneantur vo-
 „ care Capitulum. Et per ipsum Capitulum qui
 „ simul convenierint procedant primo per viam com-
 „ promissi, hoc modo; videlicet, Quod major de
 „ Capitulo nominet unum de Collegio in Compromis-
 „ sissarium facturum. Et si in Compromissarium